



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 84. Idem Romam ingressus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

Mediolanum ad ferream coronam de mo- Sæcul. XV.  
re suscipiendam peteret, repulsam dedit, A.C. 1452.  
prætexens, nolle se pestis ibidem gras-  
santis periculum subire.

§. LXXXIV.

*Imperator Romam ingressus.*

Florentia postmodum Senas prosectorius Addit.  
sponsam suam Eleonoram e Lusitania Ciacon. in  
deductam exceptit, quacum Romam per Nicol. V.  
gens, duobus stipatus Cardinalibus, quos  
Florentiæ nomine summi Pontificis ob-  
vios habuit, die nona Martii juxta Pla-  
tinam, juxta alios vero decima quarta  
aut decima septima ejusdem Mensis Ur-  
bem ingressus est, tredecim Cardinalibus,  
toto Clero, ac urbis Magistratibus ob-  
viam euntibus. Tandem vero ab illis  
sub umbraculo splendide ornato ad gra-  
dus Basilicæ S. Petri deductus est, ubi eum  
Pontifex in cathedra eburnea confidens,  
& Pontificalibus indutus præstolabatur.  
Marescallo nudum ensem præferente,  
Cæsar summi Pontificis pedes osculatus,  
auri massam de more eidem obtulit, at-  
que Æneas Sylvius, qui Cæsarem comi-  
tabatur, ejus nomine sermonem ad Pon-  
tificem habuit, quena infuscatus Ladis-  
laus puer osculo item Papæ pedibus  
infixo Orationem latinam, a suo tamen  
Moderatore compositam recitavit de lau-  
dibus

**Secul. XV.** **dibus Nicolai Papæ**, cuius obsequio se, re-  
**A. C. 1452.** gnaque sua obtulit, ejusque præsidio  


---

**Æn. Sylv.** commendavit. Juvenis hujus Regis o-  
**comm. l. i.** rationem de verbo ad verbum Hussitarum  
**Cochl. Hist.** Historiæ Coclæus inferuit.  
**Hussit. l. II.**

## §. LXXXV.

*Fridericus a Papa coronatus.*

**C**oronationis solemnia, (si Platinæ cal-  
culo fidimus) celebrata sunt die quin-  
ta decima Martii. Hæc antequam fie-  
rent, Fridericus Papam rogabat, ut præ-  
primis de plenitudine potestatis, ac au-  
toritatis suæ ipsi coronam impertire-  
tur Regni Longobardorum; præstítit id  
quidem Papa apud summum altare Ba-  
silicæ S. Petri, nihilominus, cum moris  
semper esset, hanc coronam accipere Me-  
diolani, jura, & consuetudines Regni  
Longobardiæ & Archiepiscopi Mediola-  
nensis confirmavit. Eodem tempore E-  
leonora Regina per Oratores Cæsareos  
jam antea Friderico desponsata, inter  
Missarum solemnia de novo publice ei-  
dem devincta fuit. His celebratis die  
decima nona Martii, quam fuisse proxi-  
mam Dominicam probat Nicolai Papæ  
constitutio ea die signata, idem Frideri-  
cus Imperator homagium de more Pon-  
tifici præstítit, ac alba indutus in Cano-  
nicum sancti Petri receptus, unctus, &  
solemnissi-